

tibiliter legum reverenciam^g subvertere? Reddidit^h utique eo ipso se in- 15
dignum inperio, cum sic contra leges ursupavit inperiumⁱ. Iniuria igitur
mea universalis est iniuria et, si permittitur exeredacio in imperatore,
facile et consequens est⁵, quod permittatur in rege, facillimum autem,
<quod> in milite. Habent ergo reges, quod indignentur, principes quo
moveantur, quod moleste ferant, et milites. Necesse est enim, ut menbra 20
serviant, si capud humilies sub tributo. Necesse est subiectos trepidare⁶, cum
propulsantur superiores. Hec et hiis similia nobis stimulum dederunt,
ut audacius concertemus pro iusticia. Et cum actenus ad votum omnia
successerunt^j, ita quod pro nobis omnibus videatur iusticia assistere et
pugnare, ex insperato in quodam^k castro obsessi sumus, non tamen 25
diffidentes de Dei misericordia, set securi, quod eo duce veniemus ad bra-
vium, qui nos movit ad cursum⁷. Nicholominus vobis obnixè supplicamus,
ut, cuius consilio et auctoritate hoc negotium habuit exordium, celeri
subsidio felicem consequatur effectum. Vale.

2 = VIII

*Papst I(nnocenz) berichtet dem englischen Episkopat und allen Gläubigen
Englands die Verfehlungen des Königs I(ohann), setzt diesen ab und for-
dert zur Wahl eines geeigneteren Nachfolgers auf.*

Brux. 19020 fol. 42^v–43^r.

Innocencius^a episcopus servus servorum Dei archiepiscopis et episco-
pis et ceteris fidelibus tocius Anglie salutem in Domino et apostolicam
benedictionem^b.

g) reveranciam Hs. h) reddedit Hs., vgl. STOTZ, *Handbuch* (wie Anm. 8)
VII, § 302.2 (W) i) Korrigiert aus inperio. j) sucesserunt Hs. (W)
k) quodem Hs.
a) Rubrizierung des Majuskel-I in der Hs. nicht ausgeführt. b) benedicionem Hs.

5) HILDEB. *epist.* 36 (MIGNE PL 171, 194C): Porro consequens est ut ei vir dis-
pliceat quae viro placere non quaerit. (O)

6) HILDEB. *epist.* 39 (MIGNE PL 171, 226C): Necesse est enim ut membra ser-
viant, si caput humilies sub tributo. [...] Necesse est trepidare subjectos, si iuxta
comicum, ei opus est patrono, quem paras defensorem. (Vgl. *Ter. Eun.* 770). (O)

7) HILDEB. *epist.* 48 (MIGNE PL 171, 156A): Quod ita futurum, Christo Jesu co-
operante, confidimus, bonam spem nobiscum reportantes, quia eo duce pervenietis
ad bravium, qui movit ad cursum. (Vgl. *1. Cor.* 9, 24) (O)